



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Limitatio 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

non omnes §. a barbaris ff. de re. mili. & text.
in præalleg. l. 3. ibi , nam si careat , pro quo
tex. in capi. 2. de novi. operis nuncia. ibi credere
non possumus ipsos per malitiam litigasse , pro
hoc facit dictum Anthon. in cap. finem de dolo.
& contum. ubi dicit , quod regula victus
victori , &c. fallit. ubi esset talis persona
de qua præsumeretur quod malitiosè non li-
tigasset , ad idem Zaba. in Clem. 1. de privileg.
38. quest. ubi excusavit religiosum magnæ san-
ctimoniac à poena illius Clem. Credarem ta-
men , quod exemplum Vincentii de religio-
so Cistercien. tempore suo procedebat disci-
plinæ regularis observantia tunc vigente. Nunc
autem , quia proh dolor non sic , non vi-
deretur sufficere , quod religiosus esset , nisi
vitæ magnam sanctimoniam haberet.

Limitatio. 2.

Limita 2. nisi in Papa , qui etiam præ-
textu consanguinitatis recusari non potest : pro
quo gloss. in cap. 1. in fi. de concess. præben. lib.
6. Hostiem. Ioan. Andr. & Sicul. in cap. quere-
lam de elect. Philip. Perusi. in allego. cap. po-
stremo. Præpo. in alleg. cap. cum speciali. Et
idem eisdem rationibus & juribus crederem
in Imperatore aliove principe superiorem in
temporalibus non recognoscente , sicut est
Dominus noster Rex , cap. per venerabilem , qui
fi. sunt. dixi latius supra in 3. qu. principaliter
ver. sed nunquid Papa.

Lim-